



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

DIVINI NUMMI
NIS AVXILIO

PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSVL-
TISSIMISQVE VIRIS, D. IOANNE MICHAELIS
Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent.
Dictatore & Fisco, in florentissimo inclitæ Agrippinen-
sis apud Vbios Academiae iuridicæ facultatis Colle-
gio, Theses subsequentes, pro laudabili & in-
ueterata consuetudine disputan-
das proponit.

EX TIT. FF. INSTIT. ET C.
MANDATI VEL CONTRA.

PETRVS HOMPHAEVS
ERNSTANVS.

*Anno à partu virginis MD. LXXXI.
VII. Nouembris.*



COLONIAE AGRIPPINAE VV
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

DIVINI IVVMIS

IN S. ANTONIO

FRATRES V. S. PATRIS NOSTRI
S. ANTONII APOSTOLI
C. S. ANTONII APOSTOLI
C. S. ANTONII APOSTOLI
C. S. ANTONII APOSTOLI

EX TIT. II. INSTIT. ET C.

IN S. ANTONIO

IN S. ANTONIO

IN S. ANTONIO

IN S. ANTONIO

IN S. ANTONIO

COLEMANI APOSTOLICI
IN S. ANTONIO



CONTINVATIO.

Absolutis iam obligationum ex re proficiscentium disputationibus non incongruo methodi tramite ad ea obligationum genera manum admolieremur, quae solo perficiuntur consensu inter quae merito Mandatum, eo quod ceteris sit excellentius, (a) primas sibi vendicat, (b) utpote ex officio & amicitia originem trahens. (c)

(a) Schned. in Rub. Instit. h. t. nu. 1. Bald. in Rub. ff. h. t. Azo in sua summa C. h. t. in prin. (b) glos. in Rub. C. h. t. Azo, Schned. dd. locis. (c) l. i. §. Mandatum ff. h. t. l. si seruus, ff. quod vero ad mandati, ff. de furtis, l. quod saepe §. si quis amico, ff. de contrahenda empt. l. fundi de acquirenda possess. Bald. Schned. Azo, dd. locis.

THESIS I.

Porro Mandatum quasi manu datum, (a) vel à manu danda, (b) signo promissionis bonae fidei vetustissimo, (c) quod in mutuis promissionibus videmus vulgò observari. (d) Mandare significat gerendum, expediendumq; alteri aliquid committere. (e)

(a) Schned. in Rub. Instit. nu. 3. h. t. Azo in sua summa C. h. t. Kling. Instit. in Rub. Bald. in Rub. ff. h. t. (b) VVef. in Rub. Inst. h. t. Oldend. clas. 2. act. 24. & ex eo Mynf. in Rub. Instit. h. t. nu. 1. (c) VVef. d. loco. (d) VVef. in parat. nu. 2. h. t. Oldend. Mynf. dd. locis. (e) VVef. in parat. & Inst. dd. locis sicut & Oldend. Mynf. & communiter Dd.

II.

Quòd alias sit publicè alias privatim, (a) publicum mandatum est, quod & necessarium dicitur, quo magistratui mandanti parere cogimur, (b) priuatum quod & voluntarium dicitur est quod spontè suscipitur, (c) de quibus in subsequentibus agemus.

(a) VVef. in parat. nu. 3. ff. h. t. Oldend. clas. 4. act. 24. Mynf. in Inst. in Rub. h. t. num. 20 (b) de quibus in tit. C. & Nouellar. de mand. principum ut refert idem Oldend. d. lo. quem de eodem citat. Mynf. d. loco. VVef. d. loco. (c) Mynf. VVef. Oldend. lo. 5. citatis.

III.

Quòd ita delineare libet, quod sit contractus iurifgentium, (a) nominatus, (b) bonae fidei, (c) in quo alter negotium aliquod honestum committit & mandat, alter verò gratuito, (d) gerendum suscipit, atque ita de gestu constituitur obligatio. (e)

(a) VVef. in sua Isagoge lib. 3. num. 38. l. iurifgentium 7. de pactis. Schned. in Inst. h. t. nu. 3. (b) l. i. §. ult. de rerum permutationib. (c) l. si mandato 59. §. 1. l. cum seruus 54. l. si fideiussor 29. §. 1. & 2. ff. cod. & tex. Instit. de obligationib. ex consensu in fine. (d) Mynf. Kling. & Dd. communiter Instit. h. t. (e) VVef. in d. loco.

IIII.

Nec refert quibus fiat verbis, (a) siue enim dicat rogo, volo, supplico, mando, peto, (b) in idem recidit modo de mente contrahentium constet, (c) nam per verba commendatiua mandatum non inducitur. (d)

(a) Schned. Instit. in Rub. h. t. nu. 5. Oldend. clas. 4. act. 24. (b) Schned. d. loco. text. in l. i. h. t. (c) gloss. in l. i. h. t. quia proxeneta laudare videtur, l. si proxeneta ff. de proxeneticis, & l. si

l. si verò non remunerandi, §. cum quidam ff. cod. (d) d. l. si vero non remunerandi, §. cum quidam ff. h. t. & l. fin. C. quod cum eo qui in alieno potestate est. Schneid. & glos. dd. loc. V.

Ex quibus inferunt Dd. quod in litteris credentia quibus scriptum est, offerenti has litteras dabitur plenam fidem, scribens propter generalitatem & obscuritatem non obligetur, (a) nisi specialiora fuerint adiecta. (b)

(a) Schneid. Instit. h. t. in Rub. num. 6. 7. 8. 9. per Bart. in l. Lucius ff. de fideiussoribus, & Bald. & Salicet. in l. final. C. Quod cum eo qui in aliena potestate est, & ibi communiter. Dd. Angelus Instit. h. t. (b) Bart. d. loco.

VII.

Quia verò hic contractus solo contrahentium consensu consistit, (a) qui & causa efficiens eiusdem perhibetur, (b) hinc quidam mandantis illinc mandatum suscipientis. (c)

(a) Schneid. Instit. h. t. in Rub. textus in l. i. ff. h. t. & Instit. de obligat. ex consensu in princ. V Vefenb. in Instit. in Rub. num. 2. idem & in parat. Kling. Instit. h. t. (b) V Vefenb. Kling. dd. locis, (c) tex. in l. si remunerando §. i. ff. h. t. Gloss. l. i. in verbo quocunque in fine h. tit.

VIII.

Ideoque eiusdem respectu, (a) dupliciter iniri posse videtur; tacite & expresse, (b) tacite veluti quando aliquis est presens & patitur sua negocia administrari, (c) expresse veluti quando sit per pactum, nuncium, litteras. (d)

(a) V Vef. in parat. nu. 3. & Kling. Instit. h. t. (b) Myns. Instit. h. t. in Rub. & Schneid. Instit. in Rub. num. 10. V Vef. in parat. de procurator. nu. 6. Azo in sua summa C. h. t. num. 9. (c) Schneid. d. loco, tex. in l. si verò non remunerandi, §. si passus ff. h. t. Costal. l. 4. h. t. per iura ibidem allegata, l. si fideiussor, C. Mandati. Azo d. loco. (d) V Vef. in paratit. d. loco text. in l. i. h. t. & in Instit. de obligationib. ex consensu, l. 2. l. in quibuscunque 48. de obligat. & actionib. l. 2. de pactis, l. i. in fine, de contrah. emptione. Oldend. clas. 4. actione 24. Azo d. loco.

IX.

Materia verò huius contractus, qualibet negocia rectè dici possunt dummodo sint honesta, (a) futura, (b) legibus consentanea, (c) rei enim turpis nullum est mandatum, (d) sicut & eius quod legibus est contrarium, (e) aut preteritum. (f)

(a) Azo in sua summa, C. h. t. num. 5. tex. in §. illud quoque Instit. h. t. & l. si remunerandi, §. rei turpis, & l. si mandauero, §. qui ædem, h. t. Claudius cantuunc. in d. §. illud quoque Instit. h. t. & ibi communiter qui in illum scribunt. Oldend. clas. 4. act. 24. nu. 2. (b) per textum in l. si verò non §. si post creditam, Azo in sua summa d. loco. Oldend. d. loco, nu. 3. l. si mandauero §. interdum ff. h. t. (c) tex. in l. si verò non rem, §. si quis mandauerit, Azo d. loco. (d) tex. in d. §. illud quoque Instit. h. t. & d. l. si remunerandi, §. rei turpis, & l. si mandauero §. qui ædem, h. t. & ijs locis Dd. Azo in sua summa d. loco. Oldend. d. loco num. 2. (e) d. l. si non rem §. si post creditam. Azo in sua summa, d. loco. Oldend. d. loco num. 3. (f) Azo, in d. loco, per l. si verò non rem §. si quis mandauerit.

X.

Contrariatur autem huic contractui, si quis pro me vetante fideiusserit, (a) vel in rem suam, (b) aut donandi animo interueniat. &c. (c)

(a) Azo,

(a) Azo, in sua summa, C. h. t. num. 19. per tex. in l. si remunerandi gratia. §. si passus, h. t. & ibi Dd. (b) d. l. si remunerandi, §. Marcellus, Azo d. loco. (c) d. l. si remunerandi, §. si passus & Azo, d. l.

X.

Quorum occasione queritur, an fideiussori donandi animo à creditore accepto factum sit, vel exceptionem sibi competentem omiserit, (a) mandati agere possit, (b) & non posse puto, (c) nisi animo remunerandi accepto datum sit, (d) vel exceptio sit in honesta, (e) aut de apicibus iuris sit. (f)

(a) Costalius in l. si fideiussor, §. quædam ff. h. t. Azo, in sua summa C. h. t. n. 19. (b) Cost. in l. idem que §. finali ff. h. t. (c) tex. expressus in l. inter causas, §. si quis ff. h. t. & in d. l. idem que §. finali h. t. Costalius in d. C. si fideiussor §. quædam ff. h. t. Azo, in sua summa, d. loco. (d) tex. in l. si verò non remunerandi in principio & l. si ei cui ff. h. t. (e) Costalius d. loco per d. l. si fideiussor, §. quædam, Azo, d. loco l. idem que §. generaliter, ff. eodem. (f) Cost. per tex. in d. l. si fideiussor. Azo, d. loco.

XI.

Contrariatur præterea mandato si re adhuc integra illud fuerit reuocatum, (a) vel mors alicui contrahentium obuenerit. & c. (b)

(a) l. si verò non remunerandi 12. §. si mandauero 12. l. si mandassem 15. ff. eodem, §. rectè quoque in Instit. h. t. & ibi communiter scribentes. Azo in sua summa C. h. t. num. 25. Bart. & Alexander in l. si cum Cornelius de solutionib. Angel. in §. rectè Instit. h. t. nisi iusta causa intercesserit, aut non renunciandi, aut intempestiuè idem faciendi, l. sanè 23. cum l. sequenti ff. h. t. & §. mandatum in Instit. h. t.

XII.

Integra verò res dicitur, antequam alicuius ex contrahentibus intersit, (a) nam ut hæc actio competat aliquod venire interesse necesse est. (b)

(a) VVesemb. in Instit. h. t. §. rectè quoque num. 1. Azo, in sua summa C. h. t. num. 35. (b) VVesemb. in Instit. §. 1. num. 2. 4. & 5. & d. §. rectè quoque num. 1. per l. si procuratorem §. §. mandati §. & l. si remunerandi, §. si tibi ff. eodem præsertim cum mandatarius in se obligationem faciendi suscipiat. VVesemb. d. loco num. 5. vt patet ex l. mandatum ff. h. t. & inde desumpto §. 1. Instit. h. t.

XIII.

Forma ea est quod cōsensu partiū interueniente gratuito suscipiatur, (a) mercede enim interueniente in aliam formam negotij cadit, (b) præsertim si ab initio interueniat, (c) vel res sit que alias locari solet. (d)

(a) VVesemb. in parat. & tex. in l. 1. §. 2. ff. eodem & ibi Glos. & in Instit. §. vlt. & ibi Dd. l. item C. de procuratoribus, vide Bart. in l. 1. C. de edendo, & in l. quædam in princ. ff. de edendo, quibus adde d. Bar. in l. 1. de procurat. cum originem ex officio & amicitia trahat per d. l. 1. §. 2. h. t. (b) dd. iuribus & l. ita 36. §. 1. ff. h. t. cum nihil tam sit contrarium officio, quam merces per d. l. 1. §. 2. (c) Bart. in l. 1. ff. de procurat. (d) VVesemb. in §. vlt. in Inst. h. t. nu. 1. & ibi Claudius cant. & ibi Dd.

Finalis

XIV.

Finalis namque mandati causa haec assignatur, (a) quod aut mea tantum gratia interueniat, aut aliena tantum, aut mea & aliena, aut mea & tua, aut denique mea & aliena. (b)

(a) à VVesemb. in Rub. Instit. h. t. num. 2. (b) tex. formalis in l. Mandatum 2. ff. h. t. & §. 1. Instit. h. t. & ibidem VVes. Kling. Schneid. Mynf. & communiter omnes. Oldend. clas. 4. act. 24. Azo in sua summa, C. h. t.

XV.

Verum quod si tua tantum gratia tibi mandem, superuacuum est mandatum, (a) & ob id nulla ex eo nascitur obligatio, (b) cum eius generis mandatum ad consilium potius accedat. (c)

(a) l. mandatum 2. ff. h. t. l. si remunerandi 6. §. 4. h. t. Oldend. in suis clas. act. 24. num. 6. tex. in §. 1. & 2. Instit. h. t. (b) d. l. Mandatum 2. & 6. locis allegatis, d. §. in Inst. h. t. & ibi VVesemb. & alij, Oldend. d. loco (c) d. l. Mandatum 2. in fine ff. eodem, & d. §. 1. Instit. eodem & ibi VVesemb. Mynf. n. 1. ex quo nemo obligatur, d. l. 2. h. t. nisi sit fraudulentum l. consilij de reg. iur. c. nullus ex conf. de reg. iur. in 6. & ibi Glos. in fine.

XVI.

Mandato ad modum iam dictum constituto nascitur hinc inde obligatio tanquam effectus, (a) quae duplicem deinde producit actionem, (b) mandati directam & contrariam, (c) quarum illa mandatori, altera vero mandatario datur. (d)

(a) Kling. Instit. h. t. post principium. Azo in sua summa num. 12. C. h. t. VVesemb. in Inst. §. 1. num. 2. h. t. (b) Mynf. in §. rei persequendae Inst. de actionib. nu. 46. (c) Oldend. clas. 4. act. 24. Mynf. Kling. dd. locis. (d) l. si mandauero, §. vlt. & l. inter causas, §. qui suscipit, ff. h. t. Kling. & alij dd. lo.

XVII.

Mandatori & eius heredi, si mandatarius non impleuit, (a) mandatum, aut dolose & negligenter in eo versatus sit, (b) vel denique mandati fines excessit, (c) ratione rei (d) vel interesse. (e)

(a) Oldendorp. in suis clas. 4. act. 24. Kling. in suis Inst. post princ. Mynf. in Inst. in §. rei persequendae. tit. de act. num. 46. l. si mandauero, §. vlt. & l. inter causas, §. qui suscipit, ff. cod. (b) l. si procuratorem, §. sed si per collusionem, & l. praeterea ff. h. t. (c) l. diligenter h. t. §. is qui in Inst. h. t. & ibi Cant. (d) d. l. si procuratorem, §. vlt. (e) tex. in l. ad comparandas ff. cod. quia nisi intersit cessat haec actio ut est tex. expressus in d. l. si procuratorem, §. Mandati, l. in re mandata, C. mandati.

XVIII.

Hinc non ineptè quidam volunt, (a) quod hac actio infamet perinde atq; depositi, (b) non autem contraria. (c)

(a) Mynf. in §. rei persequendae Inst. de act. num. 50. (b) l. in re mandata, C. mandati. Cicero pro S. Roscio Amerino, & Budaeus in priorib. annotat. in l. r. ff. de his qui notantur infamia, §. qui pro socio, (c) Mynf. d. loco si dolo fuit versatus non autem si culpa Glos. in d. §. qui pro socio.

Vtrum

XIX.

Vtrum autē in hac actione dolus, lata, siue etiam leuis culpa, præstanda veniat (a) quaeritur? & regulariter eam venire concedo, leuissimam verò quandoque (b) casum autem nunquam nisi desuper conuentum sit.

(a) Azo in sum. C. h. t. l. si procuratorem, §. dolo autem & l. idem que l. de tuo ff. cod. l. contractus, de reg. iur. (b) Hier. Cagn. in d. l. contractus num. 30. veluti cum maxima exigitur diligentia vt in iudicialibus, l. à procur. C. cod. & ibi Glof.

XX.

Altera qua contraria est, mandatario & eius heredi aduersus mandantem eiusque heredem datur impleto mandato, (a) ad reputationes & omnes impensas quas necessariò & vtiliter in re mandata fecit. (b)

(a) Azo in sum. C. h. t. num. 18. Mynf. in §. rei persequendæ Inst. de act. nu. 47. 48 & 49. (b) l. præterea, & l. si procuratorem, §. 2. ff. cod. Mynf. d. lo.

XXI.

Hoc etiam diuersæ scholæ autores quasiuerunt, an si ad centū vsq; sit mandatum, tunc longè maioris emeris, vtrum ad centum tantum detur præcedens actio. Sabinus & Cassius negarunt, (a) præualuit tamen Proculianorum sententia asserentium quod sic. (b)

(a) l. præterea. h. t. §. is qui 4. Inst. h. t. & ibi Cantiunc. (b) d. l. præterea 3. & duabus seqq. ll. §. is qui Inst. h. t. cum receptum sit nullius esse momenti, quod præter commissionis sit formam. Cant. per tex. in l. item eorum, §. sed si ita, quod cuiusque vniuer. nom. & Iaf. in l. si procurator, C. de procurat.

XXII.

Controuertunt quoque interpretes hic, an si vtiliter saltem excesserit mandati fines, competat eo casu negotiorum gestorum, (a) & si specialiter non sit prohibitum concedo, sin contra nego. (b)

(a) Mynf. in Inst. §. is qui. h. t. num. 2. (b) l. vlt. C. de nego. gestis, l. si pro te, ff. h. t. Mynf. d. lo. l. Pomponius de nego. gestis.

XXIII.

Quibus non inconuenienter & illa potest annecti quaestio, an mandatum per equipolens impleri possit & nego, (a) nisi omninò nihil intersit mandantis. (b)

(a) l. vltima, §. vlt. ff. cod. V Vesemb. in Inst. §. is qui h. t. num. 1. (b) l. si verò 12. §. si filio 2. ff. h. t. V Vesemb. d. lo. Costal. in l. sed proculus in fine, h. t.

XXIV.

Verum an ad intendendam hanc actionem contrariam solutio præcessisse debeat, dubitatur? quod in mandatario & procuratore nego, (a) in fideiussore (cui Azo addit mandatore & constitutorem) concedo. (b)

(a) tex. expressus in l. si quis mandatu, ff. de negotijs gestis, & ibi Cost. & l. si mandato meo,

to meo, ff. eod. Azo in sua summa, C. h. t. num. 18. (b) Cost. in d. l. si quis mandatu de neg-
gest. Glof. & Bald. in litem si cum ff. d. t. tex. in l. si pro ea, C. eod. Cost. in l. Lucius 38. h. t.
quia mandato de fideiubendo tacite mandatum de soluendo inest, l. indebitam, C. de
condict. indeb. Azo d. loc.

XXV.

*Cui affinis hac latus claudat quaestio, vtrum fideiussor soluere possit de substantia do-
mini? & non posse puto, (a) post habito eo casu dum non habet vt faciat de suo. (b)*

(a) Costal. in l. si procuratorem, §. si ignorantes, ff. eod. Auth. qua in prouincia ibi, nam
& de rebus vbi de crimine agi oporteat. C. & ibi Bart. & Bal. in Auth. si captiui per illum
text de Episc. & cler. C. Alex. conf. 118. volum. 2. (b) d. l. si procuratorem, §. si ignorant. &
ibi Costal.



153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De legibus S. Teutonicarum



Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



VINI NVMI

NIS AVXILIO

ADIBVS CLARISSIMIS CONSVL-
SQUE VIRIS, D. IOANNE MICHAELIS
rgero, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent.
& Fisco, in florentissimo inclitæ Agrippinen-
Vbios Academiae iuridicæ facultatis Colle-
Theses subsequentes, pro laudabili & in-
ueterata consuetudine disputan-
das proponit.

TIT. FF. INSTIT. ET C.

MANDATI VEL CONTRA.

PETRVS HOMPHAEVS

ERNSTANVS.

no à partu virginis CI^o. ID. LXXXXI.

VII. Nouembris.



COLONIAE AGRIPPINAE VV
CVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



43.

